

M. 69.

269

M. V. litteras die prima Octobris datas nuper accepi, quibus mihi significat comendare se denuo S. D. N. binis litteris R. P. D. Episcopum Regiensem, et ad me nihil eodem tempore scripsisse, ne me sepius, utar enim M. V. verbis, una eademque in re defatigaret; sed reuera tanta est in me promptitudo, atque alacritas ad M. V. mandata conficienda ut uerendum minime sit, ne illis curandis defatiger. Angor autem animo, perspicuus in dies manifestius a promotione Episcopi Regiensis alienissimum esse summum Pontificem, meque in eo obsecrando operam perdere; quid si precibus M. V., quam ille multis nominibus, ac praesertim ob singularem eius erga hanc S. Sedem observantiam minime diligit, omnino non mouetur cum de Regiensi Episcopo agitur, quem locum relicturnum illum precamur meis pro eo postulationibus? Cognoscat R. M. V. ex eius Secretariis diligenti sane uis negotij huiusce difficultatem; Ego autem, cum mihi conscius sim qua fide, et sedulitate rem urgere, et M. V. morem gerere studuerim, licet molestissime feram hoc sacrum Collegium Cardinali in gratiam M. V. creato tam diu carere, consolor tamen amens id nulli meae attribuendum esse negligentiae, quod idem si M. V. exploratum habere uoluerit, summo opere laetabor, nihil enim malum, quam ut R. M. V. penitus innotescat, esse me, quemadmodum deest, hac in re praeteritis omnibus hominibus de eius dignitate, atque existimatione sollicitum, cuius Regiam dexteram per summam reuerentiam osculatus omnia illi feliciter euenire desidero.

Roma die vi. Decembris MDCXII.

R. M. V.

A. Solit. J. Ser.
 J. Car. P. N. S. S. S.

260

Sereniss. Principi Sigismundo tertio
Poloniae, et Suetiae Regi

